





L. 1230





*no p h i g e t u s*

Cimbria doctt. da  
S. de JESU

1230 L.

מֶלֶאכְתָה  
פְּתַחֲרוֹס חַשׁ לִפְם

# OPVS GRAM

MATICVM, CONSVMMATVM, EX  
uariis Elianis libris concinnatum,  
complectens scilice:

Elementarium absolutum

Numerandi rationem

Prætorinum declinationes

Verborum integras coniugationes

Artificium subiectendorum affixorum

Nominū uarias formulas & mutatio[n]es

Consignificatiuorum explicationes

agilitates abbetia[n]dies

Accentuum tractationem

Metrorum compositionem

Auctore ~~Excellens D. Hieronymus~~

## ספר טרבי

ADDITVS EST QVODQVE LI  
ber Tobie, quem hebraicu[m] suppeditauit Iudei Con  
stantinopolitani, cum uersione & anneta  
Monibus, ~~ad uerba Tobie~~.

BASILEAE.



Delect<sup>3</sup> huc

COL ALBANI  
in universitate etiam  
ab anno Iohannae Magnam  
anno regni nostre S. V.



MAGNANIMUS VENITUR APOSTOLUS  
et dicitur in epistola ad Corinthus  
adversariis suis: Non enim sunt vobis  
ignorantes, quod vobis est regnum dei  
et gloria eius. Sed vobis qui credere  
potestis, non potestis credere, quia  
vobis non est manifestum regnum dei.  
Non enim potestis credere, quia non  
potestis videre regnum dei. Quia regnum  
dei non est sensibile, sed spiritualis.  
Videtis enim regnum dei, quando  
videtis regnum dei. Et hoc est deus  
spiritus. Quia spiritus mundi non  
videt regnum dei, quia non pertinet  
spiritus mundi a regno dei. Regnum  
dei non est a mundo, sed a deo,  
qui fecit regnum dei. Non enim  
pertinet regnum dei a mundo, sed  
pertinet a deo. Regnum dei non  
pertinet a mundo, sed a deo, qui  
fecit regnum dei.

# GRAMMA tica Hebraica absolu-

ta, autore **Θεοφίλοιο Μάρκο**  
**νεος Πρωτοεπιστολον** **¶**  
 punctis uocalibus.



LITERAE apud Hebreos אותיות othioth uocantur, legunturque à dextra ad sinistram, & sunt omnes consonantes, numero scilicet vigintiduæ, nisi quod nos literam Singimauimus propter aliam & aliam eius prolationem. Sunt autem hæ figuræ earum atque nomina.

a His

## DE LITERIS

Zain Vau He Daleth gimel Beth Aleph  
 z u h d g b v a e i o u

**א ב ג ד ח ר נ מ ל כ ה י ת ה**

Nun Mem Lamed Caph Iod Teth Heh  
 n m l c h i t h

**ב ט י כ ל מ ש ק צ ס ר ש**

Schin Res Kuph Zade Pe Ain Samach  
 sch r k z p ph a e i o u s

**כ ע פ צ ק ר ש**

Tau Sin  
 t th s

**ת ש**

His literis adjiciuntur uocalia, quæ sunt  
 puncta quædam atque virgulae, quæ pro  
 maiori parte ipsis literis subiiciuntur. Unū  
 literis superponitur, atque unum uentri  
 uauoferitur. Quorum figuræ & nomi-  
 na hæc sunt.

Pathah - a clarum & apertum.

Kamez - a obscurum & cum omnium mixtum.

Sagol - æ crassum.

Zere

HEBRAICIS.

8

Zere .. e subtile & gracile.

Holem o, punctus unus supra literā.

Hirec i, punctus unus sub literā.

Surec u, scribitur q̄ in solo uau.

Kybutz u, vox media inter u & i.

Hatephkamez o breue.

Scheua : terminatio syllabæ: & aliquā  
do e uel a breuiter raptum.

*Constituuntur autem ex literis & adiunctis  
punctis syllabæ in hunc modum.*

u	u	o	o	i	e	x	a	a
בָּ								
bu	bu	bo	bo	bi	be	bæ	ba	ba
בְּ								
gu	gu	go	go	gi	ge	gæ	ga	ga
גָּ								
du	du	do	do	di	de	dæ	da	da
דָּ								
						a	2	hu

hu hu ho ho hi he hæ ha ha

**חַחַחַחַחַחַחַחַחַ**

vu vu vo vo vi ve vœ va va

**בּוּבּוּבּוּבּוּבּוּבּוּבּוּ**

Simili modo alijs alphabeti literis adiiciuntur puncta uocalia. Punctus tamen scheua nunquam cōstituit monosyllabam, ideo non est uocale, sed cū in dictionibus scribitur & uenit legendum (non enim semper legitur) raptim legitur, ut רָגְן שְׂרָה dgan sade, frumentum campi, ubi in dgan scheua rapitur: aliâs enim d legi nō posset, nisi scheua missitaret, cum d & g nō sint literæ connexiles. Sic hic שְׁמָאֵל simo, sinistra, שְׁמִינִית smena, non scheuena, pinguis.

Le literis alphabeti & quibusdam earum distinctionibus.

In primis seruandus est ordo literarum,  
ut in

ut in alphabeto est signatus, quia deseruit numerationi. Secundo aduertendum est discrimen characterum, ne cognatio *Cognatio* quarundam figurarum alicui imponat, *literarū*. præsertim beth & caph, daleth & res, sa-mech & mem finalis (de finalibus mox dicemus) zain & nun finalis. Tertio no-tandum, sex literas in sui prolatione ali-quando fortificari, quod Hebrei uocant dagessari, aliquando attenuari, quod illi appellant raphari, colligunturque in has duas dictiones בְּגָדְקָה Bgad kphath. *Literarū* Intenduntur quando in uentre milliarum *intensio*. scribitur punctulus unus, sic בְּגָדְקָה & tunc beth facit b simplex, gimel g la-tinum, daleth d, caph c uel k, pe p, tau t. Et quando illo punto carent, remittun-tur siuntque laxiores in sui prolatione, & profertur beth ut v consonans, gimel ut gh, daleth ut d quod insibilum dege-nerat, caph ut ch, pe ut φ, tau ut ρ siue a ; siue

θ sine th. Et nota quod in scriptis codicibus hæ literæ quādo carent punctulo dages, semper habent in capite virgulā que Raphe. raphe uocatur, hoc modo בְּגָדָה  
In impressis uero libris id nō obseruatur, sed cum destituuntur dages perinde est ac si haberent raphe. Quarto uotandum, quinq; esse literas, quae in fine dictio-  
nis alijs scribuntur figuris quām in me-  
dio aut principio & sunt hæ:

**בְּמִנְחָה** Extra finem.  
**רְמִזְחָה** In fine.

Exempla אַגְם non אַגְם Sic חַשְׁךְ non בְּנֵת item Et בְּנֵת non הַשְׁבָּב non בְּנֵת Sic אַרְצָה non אַרְצָה Inuenitur au-  
tem unus dūtaxat locus in Isaia, ubi mem-  
finale scribitur in corpore dictio-  
nis, idq; sic לְמַזְבֵּחַ quod putant non uacare my-  
sterio. Porro literas finales Hebræi uo-  
cant פְּשָׂאָטוֹת extensas, non finales uero

Finales.

פְּשָׂאָטוֹת

מְרֻבָּתִים recurringas, præter וְ quod appellant מַתְּהֵרָה apertum, & וְ quoduo-  
 cant מַתְּהֵרָה. Quinto colligunt Hebrei  
 ex suo alphabeto quatuor gutturales lite גuttura-  
 ras, nempe עֲדָתָה quas uocant אֲדָתָה les.  
 & hæ in grāmatice faciunt studioso non-  
 nihil negotij, ob id potissimum, quod nō  
 possunt geminari per insertum dages ut  
 reliquæ omnes, ac deinde ubi illæ habent  
 purum scheua hæ ferè semper habet sche-  
 ua mixtum cum patha aut s̄egol in hunc  
 modū :- :- vocantur q̄b hateph pathah  
 & hateph s̄egol: exēpla, ubi dico אֶלְעָזָר  
 in simili forma dico אֶלְעָזָר nō אֶלְעָזָר &  
 ab heth חֵלֶת repudiata, infamis, non  
 חֵלֶת & ab he חֵרֶב decor, atq; ab ain  
 חֵלֶת quadriga. Exēpla de :- ubi scribit  
 in אֶלְעָזָר purum scheua, in simili forma a-  
 se habet :- ut אֶנְיָשׁ homo, אֶלְעָזָר de-  
 ns. אֶלְעָזָר sapientiam præstitit, אֶלְעָזָר  
 collocauit, אֶלְעָזָר traduxit, אֶלְעָזָר com-  
 a 4 pescuit.

Hatephas pescuit. Tria ergo sunt puncta hatepha-  
ta, scilicet -: hatephcamez, -: hateph-  
patha & -: hatephsægol. Hatephca-  
mez constituit syllabam & inuenitur sub  
omnibus literis: hatephpathah uero &  
hatephsægol solum inueniuntur sub lite-  
ris gutturalibus, indicantque scheua illud  
compositum mussitandum, nisi aliud se-  
queretur scheua, tunc enim hatephsægol  
& hatephpatha mutescunt, ut עֲבָרָה יְהֹוָה trâs-  
ibunt, רַאֲכָבָה diligent. Notandum quoque  
hic, quod hatephpatha aliquando inue-  
nitur sub alijs quam gutturalibus literis,  
præsertim si litera scheuanda mox gemit-  
net in aliqua dictione, ut Genesis 29.  
אַלְלָא uoluerunt seu uolutarunt.

*De literarum prolatione.*

Secundum autorem libri יִצְחָק קְרַבְיָן quin-  
que sunt instrumenta proferendiliteras,  
nempe guttur, palatum, lingua, dentes,  
& labia, inter quæ lingua principatum te-  
net.

HEBRAICIS.

Nec. Nunc enim uerberat aërem ad palatum, nunc propellit ipsum ad dentes, uel ad gingiuas si desint dêtes, ut in senibus, nunc radix eius mouetur in gutture aut epigloto aut isophago, &c. Literæ gutturales numerant **עַתְּהָתָאָתָא** & literæ palati **לְסָאָתָא**.  
**גִּבְּשָׁתָא** & literæ linguaes **נְטָלָתָא** & literæ Linguaes.  
dentales **זְסָפָתָא** atque literæ labiales  
**בִּימָתָא**  
**בִּימָתָא** Dentales.  
Labiales.

**חָ** Hæc litera qualem habet punctum uocalem, talem hodie habet & pronunciationem, nec constat nostro æuo quis olim eius genuinus fuerit pronunciandi modus.

**בָּ** Hæc litera cum sit ex bgad kphad, geminum habet pronunciandi modum. Quādo enim dages satur ualet b ut **בְּרָא** bara, & quando caret dages ualet v consonantem, ut **בְּבָא** iaso, **אֲבָא** af.

**גָּ** Cū dages ualet g ut **גֶּמְוָלָא** gamal, & sine dages g aspiratū, ut **לְגֵזְזָא** leghoi.  
a s 7 Quando

**נ.** Quando habet dages ualet d, ut נְדָב  
David, & quando eo destituitur non nihil nullitat, ut נֵדֶב quæ uox propriæ scribi nequit.

**ח.** Aspiratio est lenis, qualis ser'e apud latinos est h, ut חָזֵק. In fine dictio nis non percipitur, & ob id nihil discrimini s habet in eo loco ab aleph, ut חַרְבָּה & קַרְבָּא kara. Sed heth est aspiratio fortis.

**ו.** Litera vau aliquando consonans est & aliquando uocalis. Est consonans quando proprium habet punctum uocale substratum, ut וְאַבְנָרְבָּה uaiomer, וְאַלְפְּחִים uelohim, aut in fine dictio nis caret omni punto, ut וְבָנְיָה panaf, וְבָרְבָּה pis. Est uocalis quando habet surec in uentre, ut וְרָבְבָּה rab bu, וְמָקָרְבָּה umakom, aut holem in capite, ut וְמָקוֹמָה mekomo. Interdum tamen cum punto holæ est consonas, ut וְמָצָה mizuoth.

Hec

**H**æc litera ualeat si gracile & non acutum, **ו** samech uero habet sibilū acutum & **ש** schin sibilum crassum ac ueluti spumosum. Habent & Germani hoc triplex si in sua lingua. Nam exprimunt zain in dictionibus istis, cespes vuasen, nasus nas, herba gras, malus bœs. Et samech in his dictionibus, humidus nasz, platea gass, uas fasz, acetum effig. Et schin in dictionibus, mensa disch, cinis eschen, trituarie dreschen, rubus busch, rana frosch.

**ח** Aspiratio est fortis, quā Græci rediderūt per χ, Latini interpretes ueterunt eam plerumque per e in proprijs nominibus, ut pro חָאָה Haua fecerunt Eua, pro חָנוֹךְ hanoch Enoch, pro נָחָה Noah Noë. Sciendum etiam quādō hæc litera in fine scribitur cum pathah, tunc prolatione uocalis præcedit aspirationem, ut נָרָה ruah, nō ruha, נָשָׁה sameah, &c.

**¶** Facit

Triplex /  
apud He-  
breos.

**ט** Est latinum, ut טֹב tob, mutatique aliquando in tau literā, eo quod sunt literæ eiusdem instrumenti uocalis, ut פָעַת & טְעַת errauit.

**ו** Valet i consonantem literā, ut וּשְׁלֵב Iacob. Et quando non habet proprium punctum quiescit, ut פְנִיר panaf, דְפָרְאֵחָה defaræcha, שְׂרֵי fare. Solet etiam nonnunquam in fine dictionis esse uocalis, idq; tum quando præcedit unum ex his quatuor punctis uocalibus, patha, camez, uau surec, & uau holem, ut דְבָנֵי defarai, פְנִיר madai, עֲשֵׂר asui, גּוֹי goi.

**כ** Cum dages ualeat c uel k, ut כְּלֵב kef, lsf, sine dages ch, ut צְבָר zechær. In fine semper habet aut scheua aut camez, ut חְשֶׁךְ hoschech, נְגִינָה iadecha. Admittit quoq; interdum pūctulum dages, ut יְשָׁמְרָה yeshmeræcca.

**ל** Facit I apud Latinos, & sola inter alphabeti literas erigit caput in sublimi,

me, ideo uocatur rex literarum, tenetque  
locutum medium in alphabeto.

**מ** Facit m latinum. Finalis eius figura  
nullum recipit punctum uocale, nisi  
in dictioe **לְבִרְגָּיִן** habet hirec loco iod.

**נ** Facit n. In fine dictionis nunquam ad-  
mittit punctum, præterquam interi-  
tia plural. futuri fœmin. ut **בְּשֶׁמֶן** pro  
**בְּשֶׁמֶן**

**ס** Huius literæ prolatione supra est ex-  
pressa iuxta literam zain. Valet enim  
s acutum.

**ע** Tametsi huic literæ supra in alpha-  
beto adiecerimus uocalia a e i o u  
perinde quasi nullum discriminem esset in-  
ter ipsam & aleph, differt tamen plurim  
m ab ea, sed cuius genuinam pronun-  
ciationem etiam Iudæi ipsi hodie igno-  
rāt, nisi cum in fine ponitur cum pathah  
tunc exprimunt ipsum per a in gutture  
formatum, ut **עַמְּשָׁי** schama, quod legūt  
quasi

quasi schamau cum diphthongo.

**שׁ** Hæc litera dagessata ualeat proptere  
dages ph. Finalis eius figura nullum  
unquam admittit punctum uocale.

**שׂ** Huic literæ apud latinos respondet  
z, quod alij uocant s stridulum, ut  
**צְדִיכָה** zaddic. Finalis eius figura nūquam  
habet substratum punctum uocale. Vo-  
catur autem hæc litera à quibusdam zad  
dic, ab alijs zade.

**ק** Valet k latinum seu kappa Gr̄cum,  
nec unquam flectitur ab hac prolatio-  
ne, quod dico propter c latinum in quod  
à quibusdam uertitur.

**כ** Facit r latinum, & quantum attinet  
ad punctum dages annumeratur lite-  
ris gutturalibus de quo infra.

**בּ** Habet hæc litera duplicem prolati-  
onem. Nam cum puctum habet in  
capite dextro, quod hebraice **בְּ** uo-  
catur, ualeat s crassum, ut suprà in litera  
zain

zain quoque diximus. Quando autem  
**הַבֵּט** punctum in capite sinistro, quod  
**לְמִזְבֵּחַ** uocatur, non differt à prolati-  
 one lamech.

**נָא** Cum punto dages facit t, & sine da-  
 ges th, hoc est, s bl̄gsum. Iudei tamē  
 nostrates proferunt ipsum per s simplex.

*De punctis uocalibus.*

Mouet Elias Leuites quæstionem, in  
 præfatione libri Ma'oreth hāmasoreth,  
 num puncta uocalia & accentuum Mosi  
 tradita fuerint in monte Sinai una cum li-  
 teris aut non, adducitq; multis Rabinos  
 diuersa sentientes. Quidam enim opinan-  
 tur legem sic traditam Mosi, ut nec apex  
 aliquis defuerit, alij uero afferunt puncta  
 inuentum esse humanum, & in eam sen-  
 tentiam it quoq; Elias. Ethic rursum di-  
 uersæ sunt opiniones. Aliqui enim putat synago  
gamagna  
 utros maioris concilij, quos uocat **שְׁנִינָא**  
 puncta addidisse legi. Sūc  
 autem

autē hi uiri magnæ synagogæ: Haggæus, Zacharias, Malachias, Daniel, Ieremia, Misael, Azarias, Ezra, Nehemia, Mardochæus, Zerubabel, &c. Alijs hęc sententia non placet, asserunt tamen & ipsi, Mosen quidem primum non omnia scripsisse, sed nudam legem absq; punctis tradidisse Israëlitis, & ab Israëlitis obseruatum quomodo Moses legit singulas legis dictiones, & quomodo discreuerit unum uocale ab alio, atq; consuetudinariam illam legis lectionem à Iudæis obseruatam, etiam multis annis post destruitionem templi secundi, usq; dum congestū

*Aeditio Thalmud* fuit ingēs illud Thalmudicū opus, quod fuit anno ab initio mundi 3989. anno uero post Christum natum 229. secundum calculum nostrum. Elias tamen assertit id factum anno post destructum secundum templum 436. qui est annus Christi 476. Tūc surrexerūt *בָּצַרְפָּה* hoc

Hoce est, magistri traditionis, uiri quidam  
Tiberitæ, qui præ cæteris Iudæis exerci-  
tatores erant in lege & prophetis, רַצְחָרִי  
לְשׁוֹן מִבְּלֵל שָׁאָר הַיּוֹהָרִים  
gātiorem tenebant linguam hebraicam, Iudei Tie  
beritæ.  
castigaruntq; & repurgarunt totam scri-  
pturam ab innumeris mendis, addiderūt  
puncta uocalia, & distinxerunt uersus &  
sententias per accentus. Antea enim ut  
Cabalisticæ quoque dicunt, tota lex erat  
quasi pasuc seu sentētia una, & omnia co-  
hæreabant sine ulla uersuum distinctione,  
Iudei autem illi Tiberitæ, qui scilicet ha-  
bitabāt in Mœsia Paphlagoniæ, secundū  
ea quæ illi stradita fuerant à maioribus in  
sacra scriptura & oretenus acceperant,  
omnia redegerunt in librum, usi lingua  
difficilima, ne mysteria passim omnibus  
proponerēt, collatisq; multis biblicis ex-  
emplaribus, castigarunt totum biblicum  
corpus, sustulerūt errores qui uitio scri-  
b ptorum

ptorum irreperserant, additione pūctorum  
uocaliū ambiguas uoces declarauerunt,  
atq; per accentuum notulas inuolutores  
*Accentuū sententias explicarunt.* Nam accentuum  
*commodi* figuræ apud Hebræos nedum id præstāt  
ut scias ubi uox sit eleuāda uel deprimen-  
da, uerum & distinguūt sententias in pau-  
sas, mēbra, & alias in distinctiones, qua-  
re & nomine פְּעַל id est, saporis seu gu-  
stus apud eos uocantur, quod scilicet re-  
ctam sententiæ intelligentiam sua distin-  
ctione lectori offerant, si cut puncta uoca-  
lia id præstant ne quis in dictione erret,  
sed ueram eius lectionem habeat. Hinc  
enim deprehēdimus ueteres interpretes  
nonnunquam in unius dictionis lectione  
ob pūctorum sequestrationem uariasse,  
ut in Psalmo 110. ubi scribit יְהִי רَبָּנוֹת  
ibi quidam legerunt imcha tecū, alij am-  
cha populus tuus. Si pūcta exemplari ad-  
iecta fuissent, nemo tam indoctus fuisset  
qui

qui יְהֹוָה pro עַמּוֹן legisset. Sic Iudicium  
 9. non illi legerunt אֶלְיוֹן uerteruntq; quer-  
 cum, ubi Hebrei legunt אֶלְיוֹן & interpre-  
 tantur planiciem. Item Hosææ 7. in fine  
 ubi Hebrei legunt לְבָנָה & interpretantur  
 altissimum, interpres noster legit לְבָנָה &  
 ueritatiugum. Et Isa. 45. ubi Hebræus le-  
 git, Rorate cœli desuper & nubes stillent  
 iusticiam, nostri pro דְּבָרֵינוּ iusticia legerunt  
 צְדִיקָה iustum. Et paulo post in eodem uer-  
 su ubi Hebreus legit עַשְׂרֵה salutem, nostri  
 legerunt עַשְׂרֵה saluatorem. Omitto alia  
 infinita huiusmodi loca, ~~huiusmodi loca~~  
~~huiusmodi loca~~. Idem probatur ex in-  
 numeris proprijs nominibus. Vbi enim  
 hebraicus textus habet Gilgal, Gilead,  
 Gibeon, Miriā, Haua, Malkizédec, &c.  
 Latinus interpres uertit Galgal, Galaad,  
 Gabaon, Maria, Eua, Melchisedech. Ca-  
 ruit ergo exemplar eius punctis, sicut &  
 omnia exemplaria antequam Iudei Tibe-

lege, Israheli ex  
 et Hispanis liberos  
 ex interpretatis Hebrei  
 in scriptam

Puc*ta uos* ritae has uocales notulas adiecerunt. Acalia un- tunc suborit aliqua questio quomodo p- eritunc poterant docerilegē: Responde mus, eo modo quo hodie etiā absq; grammatice cognitione solo usu & exercitio discunt cōmentaria Rabinorum & Thalmud ipsum, quę carent punctis. Didicerat quidem Moses à domino in monte Sinai per quas uoces singulas legis dictio- nes proferret, & ueniens ad synagogam explicauit id senioribus atq; presbyteris populi. Vide si libet Eliam in tertia prefa- tione super libellum Masoret hammaso- ret, quem superioribus annis hic Basileg, euulgauimus, & inuenies disputationem istam multis uerbis agitari. Nos redimus ad puncta. Hęc pro maiori parte habent nomina Babylonica & non hebraica, ut zere, segol, holem, meloppum, mappic, dages, hirec, scheua, darga, thebir, &c.

— קָמֵץ kamez

Magistri Masoreth imposuerunt uocalibus pauca nomina. Nam appellauerūt tam camez quam zere, camez: & nomine pathah uoluerūt exprimere pathah & s̄egol. Reliquis uocalibus nulla dederunt nomina, uocantes ea solum i o u y. Superuenientes uero primi grammatici, fecerunt ex camez camez magnū & paruum. Paruum appellauerunt zere. Sic distinxerūt pathah in pathah magnum & paruum. Paruum uocauerunt s̄egol. Imposuerūt quoq; reliquis uocalibus nomina hirec, holem, surec, kybuz, scheua, hastephcamez, &c. Quod autem his quatuor punctis camez, zere, pathah, s̄egol, da Nota de  
punctoru ta fuerint peculiaria nomina & alijs non, nulla alia est ratio, quam quod aliorum punctorum figuratio fieri inequitsine protractione uau & iod, ut נ u, נ o, נ i, camez. — autem scribi potest citra alicu-

b ɔ ius

ius literæ protractionem, sic - ־ & -  
 Porro quare camez sic uocetur, signat  
 Elias in suo Thisbite hanc rationē,  
 קְרָא בָּזֶן שְׁבַת בְּנֵי צָרִיךְ לְקַשְׁוֹר  
 לְקַמְוֹז שְׁפָנִיר וְחַר וְבְּפַתְחָה צָרִיךְ לְפַתְחוֹת  
 אֲוֹתָם Hoc est, Vocant punctum camez  
 sic, quod in prolatione eius necesse sit ali-  
 quem coarctare labia sua simul, in pathah  
 autem oportet ea aperire.

- פַתְח Pathah

Significat hæc uox apertio[n]em, quod  
 prolatione eius requirat oris distensionem,  
 sicut camez coarctationem.

סְגֻל Sægol

Vox media inter a & e, que & pathah  
 paruum uocatur, habetq; a forma ipsa no-  
 men istud. Nam peculium, cui tres lapi-  
 des preciosi sunt inclusi, uocatur סְגִילָה  
 quod alij murenulam appellant.

צִיר Zere

Hæc uox ut diximus alio nomine ca-  
 mez

~~paruum~~ paruum uocatur, putantq; sic appellari à קָרְדִּין cardine, quia stringit os & erūpit inter dentes sicut porta gyrat super suis cardinibus.

חֹלֶם Holem Bellon

Aiuntholē interpretari sanitum & perfectum, sed quomodo id conueniat huic uocali, non video. Rabi Schlomo uocat ipsum Exodi 15. פּוֹלֵא פַּת id est, os plenum, & Iudæi Germani sic uocant punctum schurec.

חִירָק Hirec

Significat uox illa contritionē & fredo dentium, unde & quidam alij uocant eam שְׁבָר quod etiam contritionē significat. Sed quid contritio dentium ad prolationem i faciat, ipsi uiderint.

שְׂיֻרָק Schurec

A sibilo labiorum quidam afferunt uocem uortitā hoc nomen. Nam uerbum נְגַנְשׁ signifies sibilare.

b 4 Kybutz

קְבִיעַ Kybutz

Vocatur uox ista schurec paraum & קְבִיעַ שְׁפָתִים id est, collectio labiorum. Nam ad prolationem eius necessaria est collectio & plicatio labiorum. Sunt qui eam quoque uocant בְּקִרְוֹת שֶׁלֶשׁ id est, tria puncta, scilicet scalaria.

קְטַת קְמַץ Hatephcamez

Alij uocant קְמַץ קְטַת raptum, quod est o breue. Secundum Eliam tamen camez hatuph non differt a camez, nisi quod non est uox magna, ut in dictione בְּלֵי quae propter makaph holē mutat in camez ut בְּלֵי & non בְּלֵי

קְטַת פָּתָח Hatephpathah

Sonat idem quod pathah raptum, sicut & בְּגִילַת segol est saepe breuiter raptum, nec differunt hæc puncta a scheua mobili, nisi quod proprius eorum locus est sub litera gutturali.

Scheua

**שְׁבָא אֶרְ שְׁבָא** Scheua

Quidam scribunt uocabulum huius  
puncti cum beth alij cum uau. Ratio no-  
minis ignoratur, nisi quod quidam putat  
**אֶרְ שְׁבָא** sic uocatum a **תְּבִשֵּׁשָׁ** equatore, quod  
æquus minister sit omnium ferè puncto-  
rum. De hoc punto dantur certe regu-  
læ à grammaticis quādo sit obiter legen-  
dum. Prima, Semper scheua est legēdum **scheua**  
quando scribitur ab initio dictionis, ut **מַלְכִים**  
**שְׁבָא** melachim, **שְׁבָא** schemor, e bre  
uiter rapto. Secunda, Scheua legit quan-  
do ipsum mox sequitur litera gutturalis,  
aliâs enim gutturalis non audiretur, ut  
**מַלְעִיגָּ** maleach, **מַלְעִיגָּ** maleig. Tertia,  
Quādo scheua uenit post uocem magnā,  
retinetur uox magna, & tunc necessario  
uenit scheua muſlitādū, ut **שְׂמֹרִים** scho-  
merim, **אֲמֹרָה** ameru, **חֲסִיחָן** hesithecha.

Voces magnæ sunt — — **רִי** & hi-  
rec post quod sequitur iod. Voces autē gne-

b s paruae

paruae, — וְ וְ וְ & hirec post quod  
 non uenit litera iod. Quarta, Scheua legi-  
 tur quādo scribitur sub litera dagessata,  
 ut סִפְרֵי Sipperu, שָׁרוֹת ifferim. Quinta  
 quando scribitur sub litera mox gemina-  
 ta, ut הַלְלוּ halelu, נְהַנְנָא nathannenu.  
 Sexta, quando intra dictionem duo sche-  
 ua in concurrunt primum quiescit & al-  
 terum mouetur, ut מַלְכָעַ malkecha. In  
 fine uero dictionis utrumq; scheua quie-  
 scit, ut עֲשָׂרָה uaiasck, וְעֲשָׂרָה uaiest, אַמְרָת amart. Nec inuenitur scheua in fine dicti-  
 onis nisi in literis bgad kphath, exceptis  
 dictionibus קְוֻשָּׁת וְשָׁטָן Porro  
 Schœua  
 quādo &  
 ubi muta-  
 tur.  
 ubi ab initio dictionis duo scheua concur-  
 runt, primum regulariter mutatur in hi-  
 rec, ut ubi fuerat dicendum לְמִלְחָמָה di-  
 cit בְּשָׁמָר limlachim, sic pro לְמִלְכָים  
 dicitur בְּשָׁמָר bischmor. Quando alte-  
 rum scheua scribitur sub iod, utrumq; mu-  
 tatur in unum hirec, ut pro רְיַחֲנָה dici-  
 tur

וַיְהִי בָּהָדָה, & pro וַיְגַלֵּח dici-  
 tur uigalle, & quod frequens est  
 וַיְהִי pro וַיְהִי De gutturalibus ueroli-  
 teris, sub quibus raro purum scheua scri-  
 bitur, sed ferè semper mixtum cū pathah  
 aut sægol, præsertim ab initio dictionis,  
 hæc datur regula: Litera gutturalis ha-  
 teplata cogit mox præcedētem literam  
 esse sibi conformem in puncto, nisi maior  
 necessitas obstat: exempla, pro  
 לְעַבְרִים non dicitur לְעַבְרֹת Sic  
 pro בָּא non dicitur בָּאָוֶשׁ sed  
 Excipitur אלְהִים de quo non di-  
 citur בָּאָוֶשׁ sed octo illa puncta mu-  
 tantur in unū zere, ut אלְהִים לְאלְהִים  
 &c. Quod autem dixi maiorem  
 necessitatē obstat, hoc dicitur propter  
 מ præpositionem & articulum עַ Que  
 cum ante alias literas habeant uocē par-  
 uam sequente dages, literæ autem guttu-  
 rales dages recipere nequeant, uertenda  
 est uox

est uox parua in uocem magnā, puta  
in - & hirec in zere, item - & ky  
buz in holē uel in uau schurec. Sic enim

**Mem pre  
positio.** & punctulo dages satisfit. Exempla de

præpositione mem: **אַלְגָּה** dico **מִלְגָּה** à rege: sic à **קָבָר** cum præpositione mem dicitur **מִקָּבָר** à uerbo: ubi mem præpositio habet post se dages. Cum uero eadē præpositio accedit ad literā gutturalem que non est dages sibilis, mutanda sunt hi rec & dages in zere uocem magnam, ut **מִעֲכָר** à seruo, non **מִעֲכָר** ubi puncto dages nihil respondet. Sic **מִאָטָר** à spina, non **מִאָטָר** Item **מִעֲבָרִים** à seruis, non **מִעֲבָרִים** per regulam hatephatorum, cum hic maior necessitas ingruat, neque **מִעֲבָרִים** quum puncto dages nullum relinquatur uestigium. Conformiter articulus he exigit pathah sequente dages, ut **חֶפְלָגָה** rex ipse, **חֶפְלָגָה** uerbum ipsum: si accesserit ad literam gutturalē

quæ

**Articulus  
be.**

quæ non est capax punctuli dages, mutatur uox pars in magnam, ut **הָאָנָס** ho-  
mo ipse, non **הָאָנָס** Sic **חָבָר** famulus  
ipse, non **חָבָר** Habet tamen he illud  
aliquando sægol ante ain & heth, ut **הַ**  
**יְהִוָּה** ipse sapiens, **תְּעֵנָה** ipsa nubes. In  
hoc autem negocio annumeratur litera  
res literis gutturalibus, ut **לְ** pes ipse,  
**מִזְרָחָה** à capite. Exquisitam lectionem  
punctis cheua inuenies apud Eliā in libro  
Cantici, cantico septimo. Et infra ubi de  
uirgula **מִזְרָחָה** scripturus sum, nō nihil am-  
plius de eo dicam.

*De punto dages.*

Non constat ex qua lingua uox illa da-  
ges à ueteribus grāmaticis sit desumpta.  
Intelligūt autem per ipsam punctū quen-  
dam, qui corporibus literarum inseritur  
unde fortificantur. Et sunt omnes literæ  
eius punctuli capaces præterquam qua-  
tuor gutturales & res litera, tametsi res  
semel

semel aut bis inuenias habere dages. Est  
 autem duplex dages, nempe <sup>הַזְּבָחָת</sup> דָּגֶשׁ leue, & <sup>הַזְּבָחָת</sup> דָּגֶשׁ forte. Forte est qd  
<sup>הַזְּבָחָת</sup> Dages forte. unam literam in geminā diuidit, haberq  
 locum in omnibus alphabeti literis, exce-  
 ptis <sup>אַחֲרָה עַד</sup> & præcedit ipsum semper  
 unum ex quinq; uocibus paruis, ut <sup>צָהִיר</sup>  
 zaddic, <sup>בְּבִיר</sup> dibbur, <sup>כְּלָם</sup> sullam <sup>מְמֻכָּה</sup>  
 mimmecka, <sup>עַזְזֵז</sup> ozzi. Voces autem ma-  
 gnæ quæ syllabam retinent, nunquā præ-  
 cedere possunt. Necesse est enim ut vox  
 præcedens cadat in sequentem dagessa-  
 tam literam, id quod litera per proferen-  
 tē retenta facere nequit. Propterea enim  
 uocantur uoces magnæ, quod prolatio  
 earum in sequentē literam non extendan-  
 tur, ut <sup>מְלָבִים</sup> קְדוֹשִׁים non <sup>מְלָבִים</sup> סִירּוֹשִׁים  
 non <sup>מְלָבִים</sup> קְדוֹשִׁים Est tamē hic una exceptio,  
 nempe quando accentus iungitur uoci  
 magnæ, ut <sup>תְּזִקְנָת</sup> sed non <sup>תְּפִ�ת</sup> Sic <sup>שְׁמַה</sup> אֱלֹה  
 non autem <sup>אֱלֹה</sup> Porro quando diximus  
 dages

dages forte in omnibus literis habere locum praeter quam in gutturalibus, id uerum ubique esse deprehendit: nec te offendere debet litera **ה** cum puncto uentrali, ille enim non est dages, sed mappic, aliaque ratione quam dages inseritur literæ he, nam est relatiuum sc̄m. pr̄ceditque ipsum uox camez, ut **בְּנֵת אִישׁ** maritus eius, **בָּנָה** filius eius. Scribitur quidem sed non legitur. Inueniuntur etiam tria aut quatuor uerba, quae ultimam literam he signant punctulo huiusmodi, quod tamen non legitur, sed monet duntaxat lectorem, literam esse immutabilem, de quo infra latius, ut **גַּבְּהָתָה** eminuit, **תְּפִתְּחָה** admiratus est. Quidam tamen scribunt punctum istud sic et mappic infra literam he, ut **גַּבְּהָתָה אִישׁ** nec est tunc hirec.

Dages leue est quod literam asperam Dages lev fortificat sed non geminat, habetque locum **הַ** in solis his sex literis **כָּבָר בְּפִתְּחָה** idque tum, quando

quando scribuntur ab initio dictionis aut  
post scheua quiescens. Ab initio dictio-  
nis semper dagescantur, nisi impedianter  
per aliquam continuatā dictionem, cuius  
ultima litera sit una ex literis י ה ג א Exem-  
pla regulæ, ק ו ר Dauid, bere-  
schith, ג ב מ ל gamal, ב ס י ל kesil, pa-  
naijm, ת ב כ י ר Thabor. Exempla exceptio-  
nis, א ג י ב צ ר א Isa. 65. Et ibi-  
dem, ג נ ט ש י ב כ ר מ י מ. Et plantabunt uine-  
as. Item ler. 6. Ecce uerbū  
domini. Leuissima tamen pausa, quæ per  
accētuum figuræ signatur, infringit exce-  
ptionem istam. Sic quando duæ literæ ex  
bgad kphath eiusdem prolationis à prin-  
cipio cōcurrunt, superueniens non י ה ג א  
imponit primæ raphe, ut ע ב מ ק ל י ע  
Quoniam in baculo meo transi-  
ui ב ח ב ב ר י ב פ ר ש ה Cum glorificatus fu-  
ero in Pharaone. Cæterū scheua qui-  
escens si sequatur una ex ב ג ר ב פ ת non  
semper

semper cogit habere dages leue, ut  
**טַל**  
**בְּרֵבְרִיךְ** reges terræ. Sic **יְהֹוָה** **מֶלֶךְ**  
 extra uerba tua, ubi beth post scheua quies-  
 scens caret puctulo dages. Regula. Sicut  
**בָּגְדָּבְתָּחַ** post scheua quiescens in literis  
 plerumq; sequit dages leue, ita post sche-  
 ua mobile nunquam sequitur dages, nec  
 forte nec leue præterquā in dictione  
**שַׁתְּ** **שְׁתִים** & **שְׁתִי** id est, duæ. Scribit ergo E-  
 lias in suo Thisbite, Iudeostoto cœlo er-  
 rare, qui in suo tphilim scribūt **רַבִּי** Rab-  
 bi, cum omne initiale scheua sit mobile.

Regula alia. Dages forte ferē semper *Dages qd*  
 aliquid in uerbis significat, puta defectū *Significet.*  
 literæ aut certam coniugationem, dages  
 autem leue nunquam aliquid aliud signat  
 quam literæ cui insertum est intensionem.  
 Vnde literæ **בָּגְדָּבְתָּחַ** triplicem admit-  
 tunt prolationem: Sine omni dages aspi-  
 rantur & laxatur in sui prolatione ut  
 clasar non dabar, Sic **לְפָנִיךְ** lephanecha,

non lepanecha. Cū dages leui intenduntur, ut בְּרָאַתְּ bara, בְּלָסְטֵבָה ls̄t̄vah, יְשִׁיחֵה ysh̄ah: & cum dages forti geminantur, ut אֶתְּטֵן etten, אַפְּיִם appaim, רְבָרֵר dibber, צָדִיכָּק zaddic. Naturale erga earum punctum est dages leue, idq̄ duntaxat ab initio dictioonis & plerumq; post scheua quiescens, in alijs autem locis raphantur, persertim cum præcedit scheua mobile, aut uox magna aut una ex literis יְהִיא, quæ uocem magnam includere perhibentur, idq̄ nedum intra corpus unius dictioonis, uerum & intra duas dictiones nulla pauca intercedente, ubi ultima litera prioris dictioonis est יְהִיא aut uox magna, & mox sequentis dictioonis initialis litera est una ex שֵׁמֶת non עֲשִׂירָה Exempla, בָּאָרְבָּה בְּתַת Sic קְבָדִים non בְּבָרִים Et בָּאָ non בָּלָא Item קְרוֹבִים non בְּרוֹבִים Et cum scheua mobili Sic בְּזֵיזָר non בְּכֵיזָר Item בְּזֵיזָר non בְּצֵיזָר Item ubi duæ dictiones in eodem

dem contextu sine media pausa sese conse-  
quuntur בְּלִי בַּיִתְנָה, uia ad omnes domi-  
ni, עֲשֵׂה בְּסִיל בְּעַ Fecit stultus malum,  
בְּלֶכֶד pauor magnus, חַנְנָה אַרְוֹלָה  
אַלְמָנָה רְגִיאָל Abierunt uirgines, כְּתֻולָּה  
Deus Danielis, מִשְׁׁחָה בְּחוּרִים conui-  
uium adolescentum.

*De commutatione vocum parvarum in-  
magnas intercedente pun-  
cto dages.*

Ostendimus suprà omnes literas præ-  
ter gutturales & res literam suscipere da-  
ges forte, atq; dages illud nunquam esse  
sine officio. Cum enim literam geminet,  
serè semper ostendit literam aliquam de-  
esse, quæ ad dictioñis illius requiritur es-  
sentiam, cuius dages illud ueluti uestigium  
est. Id cum ita sit, quid agendū erit quan-  
do litera cui dages est inscribendum fue-  
rit una ex indagessabilibus? Manebit ne  
litera & non abiicitur, cum non possit

post se relinquere uestigium dages: Nequaquam, sed dages illud & p̄t̄ adēns punctus parvus mutanda sunt in uocē magna. Est enim æquialētia quædam inter uoces paruas & dages simul acceptū, atq; uoces magnas, & ob id uox parua & dages (quando dages non habet locum idoneum) sunt mutāda in uocem magnā. Quæris quę uox parua & dages in quam uocem magnam sit mutanda: Dicam: Pathah & dages in kamez.

Hirec & dages in zere.

Hatephcamez & dages in holem.

Kybz & dages in holem, aliquando in surec.

Sægol & dages quando ueniunt mutanda, mutantur in zere.

Exempla, אַרְבָּעָה custodiuit fit in passo suo אַרְבָּעָה custoditus est, & in futuro abiecit litera nun, relinquitur q̄ uestigium dages in litera schin, ut אַרְבָּעָה custodiar,

stodietur. Vides defectū literæ nun, quæ est de essentia passiuę uocis, in schin: Accipe nunc uerbū aliquod, cuius prima radicalis litera est gutturalis & transfer illud in futurum passiuę uocis, sitq; exempli gratia **בְּמִצְרָיִם** dixit. Ab illo sit in passiuo **בְּאֶgyptָה** dictus est, & in futuro abiicitur nun atq; aleph est signandū puncto dages, sed non est dagesstable. Quid ergo faciendū: mutanda uox parua cum dages in uocem magnam, & dicendum **בְּאֶgyptָה** dicar, **וַיַּעֲבֹר** dicetur.

Aliud exemplum. Mem præpositio **מֵ** regulariter habet hirec sequente dages, **מִ** posito. ut **מִבְּנָעָר** à puerō, **מִבְּנָיְלָךְ** à rege, **מִשְׁמָרָה** ex campo. Quando uero litera que sequitur literam mem non est dagesstable, mutandū est hirec cum dages in zere uocem magnam, ut **מִאֲנָרָת** ab homine, **מִבְּבָרָךְ** à seruo. **מִתְּבָרָךְ** à sapiente.

Aliud exemplum. In coniugatione se-

cunda imperatius sub prima habet pa-  
thah sequente dages, ut בְּרִי loquere,  
סָפֶר numera: & quando altera non est da-  
gessabilis, mutantur dages & pathah in-  
camez uocem magnam, ut בְּרִיה barech  
pro barrech, benedic, פָּאַר pro ex-  
plana. Sic passuum huius coniugationis  
habet kybuz sequente dages, ut סָפֶר nu-  
meratus est, אֲבָל deuoratus est, at cum-  
media non est dagessabilis mutantur ky-  
buz dages in holem uocem magnam, ut  
בְּרִיך benedictus est, אַרְשָׁה despōsata est,  
טְּצִיר purificatus est. Idē iudiciū est de ha-  
tephicamez & dages, que uertūtē in holē.

**Nota.** Est præterea hic notandū, uocem ma-  
gnam extra casum literarum gutturaliū  
non raro mutari in uocem paruam & da-  
ges, ut ab חַסִּית incitauit sit regulariter  
in futuro, תְּסַחֵץ incitabo, פְּסַחֵץ incitabis,  
נְסַחֵץ incitabit. At s̄epiuscule uox magna  
mutatur in uocem paruam respondentē  
& dages

& dages, ut יִסְתַּח incitabit, Isa. 36. Sic אִישׁ חֲסִית pro חסית Ierem. 58. Et ab אִישׁ חָשֶׁת uir, sic in foemin. אֲשֶׁת virago pro אִישׁ חָשֶׁת magnificen-  
tia, & pro צְדִים flores, צְדִים &c. Vi-  
de Eliam Cantico quinto insuis perakim.  
Sic uerbum חַל quod circumuenire si-  
gnificat, scribitur in secunda coniugatio-  
ne nulla urgente necessitate sine dages,  
mutantur q̄z in præterito hirec dages in  
zere, & pathah dages in infinitivo in ca-  
mez, ut Exodi 8. אל יוֹסֵת פְּרֻעָה הַל Non adiijciat Pharao fallere. Tertij ta-  
men Reg. 18. inuenitur canonice scriptū  
cum dages in hunc modum גַּיְשָׁפֵל בְּחַם Et circumuenit eos Elias. Hacte-  
nus de literis & punctis ut lectioni inser-  
uiunt, nunc de literis & syllabis ut decli-  
nationi & coniugationi atque numeris in-  
seruiunt.

DE LITEIRS  
DE LITERIS ESSENTIA-  
libus & ministerialibus.

**D**ividunt Hebræi alphabetum in duas æquales partes. Undecim namque literæ sunt perpetuo essentiales, seu ut ipsi loquuntur, radicales, & alique undecim nonnunquam seruiles, atque saepe radicales. Radicem Hebræi vocant *Radix* seu שָׁׁרֶשׁ quæ scilicet tres habet fundamen*thema*. tales literas in suo themate, nec ullum nomen aut uerbū apud eos inuenitur, quod saltem purum hebraicū est, quod plures aut pauciores in origine habet literas. Et omnes aliæ literæ, quæ his tribus radicalibus accedunt, a fronte uel calce, constituentes uel genus, uel numerum, uel declinationem uel tempus aut personam, accidentales, hebraice נְשָׁׁרֶשׁ id est, ministeriales seu seruiles vocantur. Nec vulgare est artificium, posse separare ministeriales literas ab essentialibus, erue-  
recque

re*g*y purū vocabuli thema ex adiectis ex-  
traneis. Huius re*t*ale accipe exemplum.  
Verbum מֶלֶךְ regnauit, habet tres radi-  
cales literas & est pura radix, & ob id qe-  
quid literarum accesserit, hæ erunt addi-  
ticiæ, ut מְלָכִי regnaui, מְלָכָה regna-  
uerunt, אַמְלָכָה regnabo, מֶלֶךְ rex, ubi  
rursum habes puram radicem, מְלָכָה re-  
gina, מְלָכִים reges, מְלָכָה regnū, &c.  
Vides, omnes literæ quæ hic accedunt  
radici מֶלֶךְ sunt ministeriales, ideo ab i-  
ciendę quando thema eruitur. Vbi notan-  
dum, ut suprā quoque diximus, omnes al-  
phabeti literas posse radicales esse, unde-  
cim tamen semper & perpetuo, quādo in  
dictione inueniuntur, sunt radicales, nem-  
pe hæ, אֲרָזֶת סָעַת צָרָר aliae autem un-  
decim, uidelicet אַב הַר בְּלָס נְשָׁת sæ-  
pe inueniuntur radicales, sed frequentius  
ministeriales. In eis enim tota grammati-  
cæ uarietas consistit. Et qui earū naturam

c s seupo Grammatica pendet  
cim literis ab unde-

seu potestatem bene cognoscit, is totam  
tenebit grammaticam. Quædam earum  
seruiunt duntaxat à capite dictionis, quæ  
dam à principio & fine, & quædam in prin-  
cipio, medio & fine,

A capite seruiunt, אַלְפָשׁ

A capite & fine seruiunt בְּזִים

Vbiqz seruire deprehenduntur יְזֵת

Sed hoc ordine quo literæ hic positi sunt,  
explicabimus quoqz officia earum.

אַלְפָשׁ

**A** Leph superaddita radici facit pri-  
mam personam futu. temporis sin-  
gul. ut שָׁבֵכְךָ iacebo, סְעִירָה surgam,  
אֲסִפֶּר narrabo. Facit quoqz interdum no-  
men denominatiuum, quod Hebræi uo-  
cant haemanthicum, ut אַשְׁמָר custodi-  
uit, שְׁמֹר custodia, uigilia. Sic וְעַ  
sit אַוְרוֹעַ brachium.

**L** Amed'a frōte articulus est datui ca-  
sus, ut אֲנָם homini, item accusati-  
ui, ut

ui ut לשְׁמֹרֶר ad custodiendum, quando  
que genitiui, ut בָּנָם וְלִבְנָה psalmus  
Dauidis.

**B**eth ualet præpositionē in uel cum,  
item aduerbium dum: exempla בְּבַיִת  
בְּמַלְאָה in domo, בְּעִיר in ciuitate, בְּבָית  
cum rege, בְּשָׁמְרוֹר in custodiendo siue  
dum custodiret.

**S**Chin. Hælitera cum sægol punctata  
in sacris libris raro, sed apud Rabinos  
sæpiuscule ualet relatiuum qui, quæ,  
quod, singulariter & pluraliter, itē quod  
coniunctionaliter, ut אֲנוֹ שְׁחַטֵּבָה Ego  
qui loquor, אֲשֶׁה שְׁתַרְאָתָּה mulier quæ  
uiderit, &c. Porrò in libro Iudicum cap.  
5. inuenitur habere pathah loco sægol, ut  
שְׁרֵךְ קְמַתִּי usque quo surrexi. Et nota  
quod semper post eam sequitur da-  
ges, si sequens literæ eius  
sit capax.

בְּנֵי חֶסֶד

פָּנָז חַמְתָּא

**C**aph'a fronte est aduerbium simili-  
tudinis, ut, ad instar, sicut, item præ-  
positio secundum, iuxta, ut פָּנָז secun-  
dum misericordiam tuam, בְּעֵסֶת Sicut  
populus sic sacerdos. In fine ualet  
tu, tuus: Et quando refertur ad mascul. ge-  
nus habet camez, & quādo ad fœm. sche-  
ua, ut עֲשֵׂר שָׁנָה uxor tua, אִישָׁגָּה maritus tu-  
us. Masculinum aliquādo recipit dages,  
præsertim in futuro, ut יְשָׁמְרָה custo-  
di te. Superadditur etiam aliquando pa-  
ragoge he.

**N**Vn'a fronte duplex habet officiū,  
seimel enim constituit passiuam uo-  
cem in prima coniugat. ut שְׁמָר custodi-  
uit, in passi. וְשְׁמָר custoditus est, ab אַחֲרָב dilexit, נְאַחֲרָב amatus est. Alio modo facit  
primam personam fut. plural. ut בְּשָׁמְרָה custodiemus, גַּלְמָר discemus. In fine ua-  
le te earum

let earum, eas: ut אֲחָבֵן dilectus earum,  
 et ex ea. um, שְׁמַנֵּן custodiuit eas.  
 Et cum paragoge he בְּאֵנָה aduentus ea-  
 rum, Ierem. 8. Facit quoq; nō raro nomen  
 denominatiuum, ut שְׁלֵסֶן mensa,  
 טְרֵבָן oblatio, פְּרֵזָן ira.

**H**E, à fronte multa habet officia, simi-  
 liter à fine. A fronte primo additur primū he  
 nominibus ueluti articulus quidam, uoca officium.  
 turq; ab Hebreis he הַיּוֹצֵחַ id est, cogni-  
 tionis seu demonstrationis, redditq; signi-  
 ficatum nominis cui additur insigne, & in  
 eodem officio plerunq; est articulus geni-  
 tivi casus, ut בֶּלֶב canis, הַבְּלֶב canis ille,  
 נָבִיא propheta, חֲנִכִּיא propheta quidā,  
 uel propheta talis & tatus, שְׂמִים dominus cœlorum,  
 אָרוֹן הַשְׁמִים שָׁרֵךְ princeps  
 terræ. In eadem forma s̄epe habet uim re-  
 latiuam, ut אִישׁ חָשֵׁשָׁה בָּן וְבָן Vir qui  
 agit sic & sic. Capitur quoq; nonnūquam  
 in hac forma pro litera uocatiua ô, ut אָ  
 הַלְּחִידָה

הַלְּחֵם חֲנִינִי O deus miserere mei. Et nota quod semper pūctatur cūm patnah & sequitur dages. Quod si dages non habuerit locum in sequenti litera, mutantur duo illa puncta in camez uocem magnam cor respōdentem. Ante quasdam tamen gutturales mutantur pathah dages in segol, ut הָרִים montes illi, aut manet purum pathah, ut הַחִין mēsura Hin. Notabis & hoc, quando aliæ seruiles literæ, nempe בְּלֵב accedunt ad istud he, extrudunt ipsum suscipiuntq; punctum eius, ut בְּאַרְץ in terra, pro בְּהָרִת Sic addomū, pro בְּחַבְּרִית sicut rex ipse, pro בְּמֶלֶךְ Est autem naturale punctum has rum seruiliū literarum בְּלֵב scheua. Extat tamen quædam loca in biblijs, ubi literæ בְּלֵב non extrudunt he literam.

*Secundū  
officiū.*

Aliud officium huius literæ est, quod à fronte non raro est quæstiua seu interrogatiua litera, punctaturq; tunc cum — ut,

חַלְא אָנִי אֶרְצִי An nō ego dominus:  
**הַבְּרִית חֲשַׁעַת שְׁנָה** אָנִי Num filia nona  
 ginta annorum ego: Cæterum punctus  
 -: in duplii casu mutatur in purum pa  
 thah, uidelicet quando uenit ad literam  
 scheuatam uel ad literam gutturalem, ut  
**הַכְּרֵבָה אַחֲתָה** הִיא לְבָנָ אָבִי Num benedi  
 ctio una est tibi pater mi: Gen. 27.  
**חַבְּבוֹנָה וַעֲשָׂה** Num ut scortum faciet?  
 Gen. 34. Et cum uenit ad literas seruiles  
 non raro admittit post se dages, ut  
**חַבְּבָה** Num secundū cla  
 morem qui uenit ad me. Gen. 11. Et cum  
 literis gutturalibus, ut  
**חַאְיָשׁ בְּמִזְגֵּי יְכֻרָּח** Num uir ut ego fugiet? Et cum pa thah  
 paruo, **חַטְבָּם יְחִיָּה אֵרְסָבֵל** Num sapiens  
 futurus sit an stultus. Concurrit etiam ad  
 constitutionem coniugationis cuiusdam  
 actiuae, quæ hiphil uocatur, ut ab **אַבְלָל** co  
 medit, sit **אַכְרִיל** cibauit, fecit comedere.

Officium he in fine dictionis est multi  
 plex: *Officium he  
 finale.*

plex: primum quod cōstituit sc̄m. genus tam in uerbis quam in nominib⁹ p̄æcedente camez, ut תָּזֵח ualidus, תְּזִקָּה ualida, תְּנֵש nouus, תְּנֵשָׁה noua. Item שְׁמַר custodiuit uir, שְׁמַרָּה custodiuit mulier.

*Secundum  
officium.*

Secundum, cum punctulo mappic est relatiuum sc̄m. ut אִישׁ uir eius, בֶּעֱלָה maritus eius, מֶלֶךְ rex eius. Quando ue-

*Officium  
tertium.*

ro camez p̄æcedere nō potest, habet he camez sibi substratum, ut בֶּעֱלִיחָה mariti eius, יְבָרִיחָה uerba eius. Tertium, he

*Officium  
quartum.*

designat motum ad locum, ualeatq; idem quod lamed a principio, ut צְרוּחָה idem quod לְאָרֶץ interram, idem קְשֻׁרִים in cœlum, idem מְצֻרִים in Ägyptum. Quartum, Sæpe accedit litera he secundæ per-

sonæ p̄æteriti mascul. ut שְׁמַרְתָּה pro שְׁמַרְתָּךְ custodiisti, sed sæpius superad- ditur primæ personæ futuri utriusq; nu- meri, & imperatiuo mascul. singulari, ut

אֲשָׁבוֹר

גַּשְׁמָר אֲשֶׁר־בָּהּ & אֲשֶׁר  
 & שִׁמְרָה נִשְׁתַּבֵּחַ custodiam, & custodiemus: item  
 שִׁמְרָה שְׁמַנְתָּה custodi. Adiicitur etiam quibus-  
 dam nominibus (paucis tamen) ociose,  
 ut לִילָּת pro nox, sic in uerbis שָׁמָר  
 אֲשֶׁר אֲשֶׁר־בָּהּ custodiam.

**M**EM à frōte duo habet officia, unū  
 quod est præpositio uel ab, sequi-  
 turq; semper ipsum dages & id propter  
 defectum præpositionis absolutæ que est  
 בַּן Ea enim saepe abiicit nun & transit in  
 unam dictionem cum ea cui additur, ut  
 מִשְׁבֵּית בַּן שְׁמַנְתָּה e cœlis,  
 מִזְבֵּחַ סְפִיר ex libro, pro מִסְכָּר Et quando  
 uenit ad literam nō dagessabilem, migrat  
 hirec & dages in correspondentē uocem  
 magnam, ut זְרַעַת בַּן מִזְרַח ex terra,  
 ab homine. Circumloquuntur eti-  
 am Hebræi per hanc præpositionē com-  
 paratiuum gradum, ut זְרַעַת מִזְרַח  
 Iste est rectus præ me, id est, rectior me.

d Superlati-

Superlatium uero circumloquuntur per  
 aduerbium מְאֹרֶךְ ualde, ut מְאֹרֶךְ ual  
 Secundum officium de bonus, id est, optimus. Alterum of-  
 ficium est, quod frequentissime constituit  
 mem. denominatiua, & tunc habet quoq; hirec  
 sed sine dages, ut טַבֵּשׁ מִשְׁׁעָדָה iudicium, בְּכֻתָּב  
 scriptura. Et quando prima est gutturalis  
 uertitur hirec propter hatephpathah in  
 pathah, ut מְעַשָּׂה opus, מְחַשֵּׁבָה cogi-  
 tatio. Sic quando prima nūnd deficit, ut  
 טַעַט plantatio, מְפַלֵּחַ onus, rui-  
 na, ubi mem debuit habere hirec, sed ad  
 uitandam lectionis ambiguitatem, ne sci-  
 licet mem putaretur esse præpositio, uer-  
 titur hirec in pathah. Inuenitur tamen u-  
 num, in quo hirec sequente dages manet,  
 nempe חַטָּא lectus, quod sit propter טַעַט  
 מְטַה id est, baculus, quæ descendunt ab  
 una radice טַעַט diuertit. Item quādo me-  
 dia radicalis est uau qui scēs, habet mem  
 hæemanthicum camez, ut מְנִקּוּם locus,  
 מגוֹס

מִנְזָס fuga. Et quādō superadditur hefē  
min. litera migrat camez in scheua, ut ט  
תְּבִנְתָּה quies, בָּלָעָנָה diuersorium. Item  
cum prima radicalis fuerit iod, migrat illa  
propter mem denominatiuum in uau,  
ut מַוְסֵּר disciplina, מַוְשֵּׁב cathedra,  
מַוְרָא timor. Vnde est regula: Quando Nota bene  
separaueris ab initio dictionis literas ser- ne hāc res  
uiles & ueneris ad uau, muta illud in iod gulam.  
& prohibet radix. Item quomodo mem  
concurrat in tribus cōjugationibus, piel,  
hiphil & hithpaēl, ad cōstitutionem par-  
ticipiorum, infra ostendetur in coniuga-  
tionibus uerborum. Mem servile in si-  
ne relatiuum est plur. masc. tertiae perso-  
næ, ut מַלְפֵס rex eorum, שְׂמֹרֶם custodi-  
uiteos, habetq; semper ante se camez pre-  
terquam in uerbis futuri temporis, tunc  
enim habet zere, ut יְשֻׁמָּר custodiet  
eos. Est etiam aliquando hæmanthicum  
in fine, ut שְׁלַשָׁם nudiustertius, יְזֻמָּס

interdiu, חַבֵּת gratis, אָמָנוּם utiq; uerum.

יְהֹוָה  
יְהֹוָה

